DE STATV
GALLIÆ.
AVCTORE
PHILIPPO DE MORNAY,
DOMINO DE PLESSIS.

DE STATV GALLIÆ.

CAPVT PRIMVM.

De ETYMOLOGIA nominis GALLIÆ.

GALLIAM dictam à γάλα,i. *lacte*, multi ſunt qui exiſtimant, eò quòd genetrix ſit albi coloris hominum. Vt vt ſit vox eſt frequens apud Latinos *Francia*, à Franconibus Rhenanis Germaniæ populis, qui eam armis occupârunt.

CAP. II.

De LONGITVDINE, LATITVDINE, & AMBITV eius vniuerſo.

LOngitudo eius putatur milliarium Gallicorum CCC. latitudo verò CCLXXXV. circuitus MXX. & ſuprà. de qua computatione conſulendi ſunt Geographi: poteſt autem vnus à pedibus vno die quindecim, eques verò viginti milliaria Gallica conficere, in diuerſis tamen locis vel minus, vel plus.

CAP. II.

De DISTRIBVTIONE Galliæ.